170

1510. 1. Augusti:

# Sigismundus I. Rex Poloniæ Castellanis et Officialibus Terrarum:

Ne hostis Noster Tartarus Imperator Precopensis, qui paratus esse, et non procul in Campis jacere dicitur inopinatè Regnum Nostrum invadat, mandavimus Capitão Camenecenĩ, ut cum stipendiarÿs Nrĩs et cum Podolitis in Campum se simul congregent, sintque parati ac intenti ut hostem si venerit, reprimere cum Dei auxilio curet. Sed quoniam hostis ipse fortasse potentior illis erit, misimus Lrãs vestrum ad Palatinos, ut cum, à Capneo Leopoliensi avisati ac moniti fuerint de hostium incursione, illico terras moveant ad arma et circa Glimany se sistant, ut Podolitis, si opus fuerit, auxilia ferant. Tuæ Sinceritati etiam mandamus, ut ipsa statim ad bellum exeundo, cæteris exemplum præbeat, et cæteros ad movendum se provocet. Pro gratia Nrã. Cracoviæ, 1. Augusti 1510.

Tartarica